



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Dissertationes De Actibus Humanis

Karchne, Simon

Augustæ Vindelicorum & Græcensis, 1716

§. I. Quliter ab objecto causetur bonitas, aut malitia moralis?

urn:nbn:de:hbz:466:1-39981

§. I.

Qualiter ab objecto causetur bonitas, aut malitia moralis?

581. **A**ctus humani interni objecta quædam sunt res externæ à nobis independentes: sic DEUS objicitur actibus Theologicarum virtutum, & viatorum oppositorum. Ab ejusmodi objectis utsi potest nec in se honestis, nec dishonestis per *num. 524.* Non potest derivari bonitas, aut malitia: sunt tamen conditio objectiva necessaria, ad hoc, ut in actibus moralibus ad ea terminatis resultet bonitas, aut malitia; seu quod perinde est, affectus morales (qui respectu similiorum objectorum sunt simplices, & inefficaces) habent propriam malitiam, aut bonitatem per *num. 522.* ad eam tamen necessariò prærequiritur objectum tale ut conditio objectiva necessaria.

Quædam verò objecta actuum internorum sunt actiones à nobis dependentes: sic omnes actus externi imperati à voluntate sunt objectum actus interni imperantis e. g. voluntatis furandi objectum est furtum, seu actio externa furtiva voluntatis: amandi DEUM est amor DEI. Nomine actus externi intelliguntur omnes actus, quos elicunt potentia à voluntate distinctæ.

Hinc quoties actus externus est præceptus, aut prohibitus, toties est

moraliter bonus, aut moraliter malus actus etiā internus, externus enim est objectum interni: sic voluntas furandi est moraliter mala: quia ejus objectum non est res aliena, quam furans accipit, sed usuratio rei alienæ. Hæc enim est objectum prohibitionis, non res externa, siquidem nihil potest prohiberi, aut præcipi nisi actus elicitus, aut imperatus.

Qualis ex parte intellectus sit necessaria cognitio, & qualis consensus ex parte voluntatis ut bonitas, vel malitia imputetur? fusè differui à *num. 528.* de cognitione usque ad *537.* de consensu vero à *num. 537.* ad *541.*

Ut honestas imputetur actui elicito, aut imperanti interno, non sufficit voluntarium, seu consensus indirectus, sed debet esse directe volita operatio imperata per *num. 545.* Et *543.* probatur ex Philosopho 2. Eth. 4. ad recte agendum poscente, *ut quis agat sciens, & eligens.* ubi ly eligens amorem denotat; alias sufficeret voluntarium indirectum, aliquis jejunando esset temperans, castus &c. modo prævideat, quod abstinentia à duplice refractione refrænet appetitum concupiscentiæ &c. quod est contra plesiosque.

K kk 2

582.

582. Præter voluntarium directum ad honestatem actus necessarium est motivum. Hoc secundum communiorum est ipsa honestas materialis per *num. 544.* at secundum mea principia objectum formale cuiusvis virtutis est proprius finis hujus indistinctus à bonitate absolute virtutis per *num. 545.* Porro finis virtutum est triplicis generis per *nu. 546.* est que cuiusvis virtutis propriū ponere aliquod bonum ut finem suum.

Denum, ut actus sit honestus prærequisitur, ut nulla circumstantia mala vitiet actum; unde *num. 547.* dixi *versu clando hunc &c.* finem proprium virtutis partialiter constitui per parentiam finis oppositi.

È contra ad malitiam actus sufficere voluntarium, seu consensum indirectum ex Theologorum consensu. Constat ex *num. 541.* nec malum ut ale directe po-

test intendi: *nemo* inquit D. Dionysius *Intendens malum operatur*, quapropter secundum omnes occidens in loco Sacro, peccans cum consanguinea præter homicidium, & fornicationem in primo casu Sacrilegium, in secundo incestum contrahit; et si nec irreverentiam loci Sacri nec commixtionem cognati Sanguinis positive intendat: sed sufficit, quod præcognoscatur ejusmodi circumstantias attinere objectum; quale objectum in primo casu est occisio externa, in secundo ipsa copula.

Nec ad malitiam imputandam contra quancunque virtutem necesse est moveri à malitia actus mali, aut à fine virij oppositi, ad quod spectat actus malus, sed ex quocunque motivo ponatur actus, omnis hujus prævisa malitia imputatur ad peccatum per *num. 541.*



§. II.

De bonitate, & malitia morali ex circumstantijs in Communi.

583. Quæres primo: quid, & quod triplex sit circumstantia?

Respondeo ad primum: circumstantia Theologicè sumpta est accidens morale superveniens actio morali superveniens actui morali spectato secundum suum esse proprium specificum, sive substantiale, & primarium: descriptio hæc colligitur ex *num. 580.*

Resp. ad secundum: circumstantias esse multiplices. Primo, aliae se tenent ex parte actus, aut potentiarum: ut duratio actionis, modus, quod fit, ut major, aut minor libertas, intensio, vel remissio, facilitas, vel difficultas, resistentia potentiarum, vel inclinatio passionis, vel habitus ex frequentatis actibus acquisitus, major vel minor scientia, personæ dignitas e. g. gratia habitu-